

epi Ecclesie, si dies festi, aut jejuniis sit, quos alii obligatio-
nibus voluntate propria aut contentis inferioris contracta
sunt, merito anteposita est. Deinde major est voti obliga-
tio quippe religio strictius obligat, quam penitentia. Duc-
tor, quia quando plura sunt debita omnino aequalia, nec quilibet
debetur, cui debita satisfacere velit, censetur omnibus
pro rata satisfacere: si autem alterum sit gravius, nec quilibet
gravius solum. At si decrevit cui satisfacere intendat, il-
li satisfacendum censetur. Ut constat ex lege Cum ex pluribus,
Ep. lib. Bar. num. 2. Et multis aliis, ff. de solut. Et ex l. regia. 10.
re. 14. p. 5. Et in Gregor. Lopez. verb. En todos. Cum ergo in hoc
casu hic decreverit omnibus debitis satisfacere, nec possit
omnibus operabitur voluntas eo modo, quo potest, nempè
cuiuslibet satisfaciendo pro rata, quando opus est divisibile:
& quando est indivisibile, graviori, cui videretur satisfacere,
si nil decreverit. Quia si opus non valet ut agitur, de-
bet valere meliori modo; non potest. Ut tradit DD. l. un.
§. idem quoniam per illum textum, ff. de desponsat. impub. in 6. 2.
modo potest se habere, quando decreverat huius obligationi-
bus satisfacere dando diversis elemosinas: nec decrevit cui
prius. Et tunc contra arguuntur, iuxta regulam traditam.
Quis est debitor iustitiae contractus ex illicite acquisitis,
cui satisfaciendum erat tradendo ea pauperibus. Et si sit
jejunium, aut sacram, prius præcepto Ecclesie censetur
satisfaciendum: & si sint vota, & penitentia, prius vo-
rum. Tertio modo, quando penitus oblitus harum obliga-
tionum, vel nolens illis satisfacere, sed liberaliter implevit
opus, & tunc nullatenus censetur debito ex iustitia satis-
facere, sed inter alias duas, graviori, nempè, voti.
Quia (ut diximus cap. præced. num. 11. 12. 17. & 18.) ad obliga-
tionem iustitiae perfolvendum intentio satisfaciendi desidera-
tur: cæteris autem etiam intentione contraria existentis iustitiae.
9. Demum in hoc secundo puncto id advertendum est, etiam
idem opus duplici præcepto inunctum sit, non lubinde erit
duplex culpa, aut continebit circumstantiam in confessione
necessario explicandam, eius transgressio. Ut si omittatur je-
junium vigiliæ incidentis in quadragesima: aut missa in die
festo incidenti in dominica. Quia præcepta hæc sunt de eadem
materia, & ob idem virtutis motivum. Sed tunc erit
duplex culpa, quod de eadem materia sunt, & ad diver-
sas virtutes pertinent. Ut si omittatur missa debita ex die
festo, & penitentia inuncta: vel ex eadem virtute ob di-
versum eius motivum, ut si sit debita ratione festi, & voti,
vel ratione voti, & iuramenti. Ut latius tradidi, & expli-
cavi lib. 9. de matrim. disp. 25. num. 5. Et 6. Et ultra ibi al-
legatos tradit etiam Azor. tom. 1. l. 4. in fine. moral. cap. 2.
quæst. 6. Summ. l. 2. quæst. 72. ar. 6. dub. 3. Pet. de Ledesma. 2. tom.
sum. tract. 27. c. 2. post. 6. conel. diff. 2. Sayon in claviregia, l. 2. c.
5. num. 14. & 15.

10. Nec multiplicatio eiusdem vinculi efficiet, ut trans-
gressio sit duplex culpa: aut circumstantiam necessario con-
ferendam habeat. Ut eisdem voti multiplicatio. Ut dixi
libro 7. de matrim. disp. 27. numero 25. Imò contra aliquos Neo-
tericos idem sentio, qui repetens votum novam sibi obliga-
tionem imponere intendit. Quia si posset repetendo, etiam
posset unica vice volendo, mille sibi obligationes imponere.
At nequit unica vice, eò quod voluntas ipsius volentis non
sit eam ad sumendas pro libito obligationes, quando materia,
circa, quam versatur, est unica, & sub unica ratione, & ex
unica virtute.
11. Quo ad 3. punctum, regula est: potest uno & eodem
tempore, diversi adibus duplici præcepto satisfacere; quando
unum non impedit aliud. Quod nulli temporum diversitas
præcipiat. Atque ita fatentur fere universi Doctores, nam
dicunt posse quempiam tempore, quo missam in festo præ-
ceptam audit, recipere horas canonicas, vel quascunque alias
preces, ad quas ratione ordinis, voti, aut penitentiae injun-
cta tenetur. Inter quos fuit Caspan. sum. verb. Fessorum viola-
tio, ff. in episc. l. 2. tract. 2. de valore orationum dicitur ab au-
dientibus missam, Sotus 2. diff. 19. q. 2. ar. 1. Et d. 13. q. 2. artic. 1.
Navar. cap. Quando, de consec. d. 1. cap. 19. num. 178. Et sum. cap.
21. num. 8. Ledesma 2. p. 4. q. 16. ar. 6. in 1. p. dubio 5. Et alii mul-
ti, quos referunt, & sequuntur Enrig. lib. 9. de Missa, c. 25. n.
5. Valentia 2. 2. diff. 6. q. 2. puncto ultimo, tit. Quomodo recitandum
sit officium coral. 1. Azor. tom. 1. lib. 10. in fine. moral. c. 12. q. 10.
Et lib. 7. c. 5. q. 3. Suarez 4. tomo in 3. part. disp. 38. sect. 6. numero
5. Nec huic regulæ contradicunt Angelus verbo Feria, n. 46. Ro-
sella verbo Dominica, in 7. Sylv. verbo Missa, 2. in fine, Armilla
verbo Festum, num. 11. Et verbo Missa, num. 39. Quamvis enim ne-
gant posse missæ, & horis simul satisfacere, non id negant, eò
quod duorum præceptorum impleritio duplex tempus requirat,
sed quia utramque attentionem requirit, nec est possibilis ad
utrumque simul, & ita unum impedit aliud. Sed adhuc hoc
non est verum. Quia neutrum attentionem ad verba requirit,
quamvis ea inficiens sit: sed utrique fatistis attendendo ad
Deum, resque divinas, & ita una, eademque attentione. Si
tamen (ut bene ait Navar. proximo allegatus.) esset defectus
attentionis requiritæ ad utrumque præceptum, neutri satis-
fieret: si sola requisita ad alterum adesset, illud impleteret.
Quare optime ait Asa, tomo 1. lib. 7. in fine. moral. cap. 5. q. 3.
Et 4. difficile posse quempiam utrumque præceptum simul im-
plere, si ad verba vellet attendere, & fortè eum non imple-
ret. At si tam capax esset, ut verè attendere, imple-
ret. Nec erit culpa venialis, utriusque cum debita atten-
tione satisfacere, Quia nulla est culpe ratio, eò quod diver-

tas temporum nullatenus cadat sub præcepto. Et ita sustinetur
Victoria, Azor. utroque loco, Enriguez, proximo allegatus. Et favet
Navar. sum. Lat. cap. 31. numero 8. ubi tantum ad melius petit
hæc præcepta diverfo tempore impleri. Quamvis idem Navar.
cap. Quando, de consec. d. 1. cap. 19. numero 178. cum Casp. utro-
que loco, & Ledesma super allegatis dicit esse veniale, quando
absque causa fit. Quibus non assentior.

12. Hinc deducitur eum, qui duplicem missam audire te-
netur, posse eas simul audire, dum eæ simul in duplici alta-
ri celebrantur. Quia potest utriusque corpore esse præsens, &
unica attentione ad Deum habita satisfacere. Sic Major, in 4.
d. 12. q. 8. dub. 1. in solut. ad 1. Pet. de Ledesma in Summa sacra-
menti, ubi de Eucharistia, in cap. 27. paglo ante conel. 9. fol. 243. Et idem
de triplici missa ait Major. Quod etiam verum credo, quan-
do altaria ita essent conjuncta, ut verè diceretur audiens esse
præsens moraliter illis.

CAPUT XV.

Qualiter peccatum sit, nulla necessitate, aut utili-
tate magna cogentibus, impedimentum admi-
tere, quo præcepta impleri nequeant?

SUMMARIUM.

Referuntur tres sententia, num. 1. 2. & 3.
Proposuit sententia Auditoris, num. 4.

DE hæc re nil generaliter traditum apud Doctores in-
venio, sed specialiter in quibusdam præceptis. Atque
ita agens de jejuniis præcepto Matina 1. 2. quæst. 77. arti-
culo 7. Et libro 1. Summa capitulo 14. §. 10. fol. 101. ait nul-
lam esse culpam se liberè in impedimentum illius obser-
vandi voluntarium conicere, etiam eademtem jejuniis die.
Ut si quis jejuniis die defatigetur concubiniis quaerendo, aut
pila ludendo, prævidens fore ut ob id jejunare nequeat, aut
cum in jejuniis peccatum non peccare, dummodo hæc in
jejuniis fraudem non efficiat. Quia præceptum jejuniis tan-
tum obligat ne per se, & ex intentione opus ipsi incompa-
tabile fiat. Matina aliqui consentiunt; alii vero contra-
dicunt. Imò nec peregrinationem promissam expleri posse as-
firmant cum jejuniis fraditionis periculo, nisi in certo casu.
Ut in tractatu de voto videbimus. Et dicitur Matina 1. 2.
q. 71. ar. 5. dub. penult. ait ponentem obstaculum imple-
tionis præcepti affirmativi peccare in illud. Ut si quis se
inebriet, prævidens fore, ut non observet festum audiens
sacrum. Similiter cum quis facile excommunicationis ab-
solutioem consequi valeat, quò in die festo sacrum audiat,
dicunt ferè omnes illum non teneri id impedimentum remo-
vere. Ut in tractatu de missa dicemus.

2. Alii autem etiam dicit præcedens impedimentum auge-
rendum esse ex vi præcepti putant: atque ad eò aditum te-
neri hostias conficere, templum verrere, altaria ornare pri-
die diei festi, ne ipsa festi die laborent. Ut in tractatu de festis
videbimus. Et similiter ajunt DD. teneri voventem impedi-
menta voto obstantia auferre.
3. Ex alia parte video DD. asserere (ut potest videri in
Enriguez lib. 9. de missa capitulo 25. numero 11. in commentis,
lit. F.) eodem nempe, aut eibos nocivos, non in fraudem,
quò se à præceptis eximat, minime in præcepta de-
sistere, quamvis fore ut in morbum incidentis à multis præ-
ceptis excusetur, prævidet. Quod ea præcepta, v. g. jeju-
nii, audiendi sacri, abstinentiæ carnibus, solos fano adstrin-
gant, nec ad conservandam salutem eis implendis neces-
sariam obligent.

4. Ex quibus omnibus colligi, non posse universalem re-
gulam tradi, quibus in particulari, & determinatè prescribitur,
quod præcepta obligent ad tollenda impedimenta, five eo-
dem die occurrant, five ad præveniendum ne occurrant. Sed
tantum potest universalis regula tradi, ex qua in singulis præ-
ceptis hæc tollendi impedimentis obligatio deducenda sit. At-
que specialiter in singulis præceptis circa singula tradetur. Re-
gula autem hæc est. Spectanda sunt vis, & rigor præcepti,
quædam n. benignius explicatur, ac minoribus causis excusa-
tibus indigent: alia vero rigidius, ac argutiores causas
desiderant: necessitas, aut utilitas impediunt: & an per se,
& intrinsecè ad rei præceptæ materiam pertinet: ut brevita-
rium ad recitandum officium canonicum: vel per accidens,
ut bona valetudo respectu eisdem: & his computatis, diver-
simodè in singulis præceptis indicandum est, an culpa sit ad-
mittere impedimenta ab illis excusantia.

CAPUT XVI.

Qualiter ignorantia, inadvertentia, seu obli-
vio, quando invincibilia sunt, à præcepti transgre-
ssione excusetur?

SUMMARIUM.

Ignorantia, & nescientia qualiter distinguantur? num. 1.
Traduntur variæ divisiones ignorantia à num. 2. usque ad 7.

1. Ignorantia, & nescientia qualiter distinguantur? num. 1.

Traduntur variæ divisiones ignorantia à num. 2. usque ad 7.

Ignorantia aliqua, an dicitur mortaliter culpabilis, quæ non sit
crassa, nec supina? Et qua talis dicatur? n. 7.
Inadvertentia, seu obli-
vio, qualiter distinguatur ab ignorantia? Et
eisdem modis ac ignorantia dividitur? n. 8.
Ignorantia invincibilis juris, vel facti, quando est antecedens, à
culpa excusat: Et idem de inadvertentia, & obli-
vio, n. 9.
Quando sola malitia actus parat ignoratiam, aut sola ea involuntaria,
ab ea sola malitia parte actus liber est, n. 10.
An excusetur a mortali scientes esse culpam, nescientes tamen, aut
non advertentes, an sit mortalis, vel potentes esse veniales
num. 11.
An actus contra præceptum dictanti conscientia involuntaria ignorantia
esse bonum, sit bonus? n. 12.
Ignorantia invincibilis concomitans, an excusetur à culpa? n. 13.
An ille affectus, qui adest cum hac ignorantia sit peccatum?
num. 14.
Ignorantia invincibilis pæne, an excusetur à culpa? Et remissè
quando ignorantia excusetur a peccato, & consueti? num. 15.
An ignorans involuntaria actum internum esse malum, ac scientes
externum esse bonum, excusetur à culpa actus interni? Referuntur
quædam sententia, n. 16. Et sententia Auditoris, n. 17.
An ignorans involuntaria esse malum operari cum dubio pratico,
peccet cum illo operando? n. 18.
An ignorans involuntaria imperare malum esse peccatum, im-
perando peccet? n. 19.
An, ut ignorantia, inadvertentia, seu obli-
vio juris, vel facti
reputentur involuntaria, desideret aliqua actuali advertentia
ad obiecti malitiam, evasione periculum, saltem dubitandè, aut
serupulum cogitandè: vel sit sit voluntaria? Referuntur quædam
Et sententia Auditoris, n. 21.
Quid, si actus non advertatur saltem dubitandè par malitia? n. 22.
An exigatur plena actualis consideratio malitiae obiecti mortalis ad cul-
pam mortalem? n. 23.
An scire, non advertere, & debere scire, seu advertere, æquiparentur
ad culpam, & dicantur ignorantia, & inadvertentia indi-
rectè voluntaria, quando quis debuit, & non advertit? Et ex-
plicatur l. Quod te mihi, ff. de rebus cred. c. si culpa, de
injuriis, n. 24.
Effectus, cuius nulla cognitio præmissa est, an possit esse voluntarius
in causa? n. 25.
Explicatur regula ignorantia, de regul. juris, in 6. qualiter igno-
rantia non juris, sed facti excuset? n. 26.
Quando ignorantia legitur ad factum, vel officium pertinentium, sit
invincibilis, an quod nulla illarum cognitio præcesserit? Et qualis
qua ad hoc differentia sit inter has, & alias leges? n. 27.
An scientes contractum esse asseruimus, nec actus recedens, dum illum
ini, excusetur à culpa, & ut illa inadvertentia censetur
culpabilis, referat ignorantem esse timoræ conscientia?
num. 28.
An aggredens opus periculosum absque periculo advertentia, excu-
setur pro inadvertentiam involuntaria? n. 29.
Quid, si obli-
vio, vel inadvertentia ex culpa contigerit? n. 30.
An si peccatum fuit causa ignorantia, quod ratione scientia vitan-
dum non erat, dicatur ignorantia involuntaria? n. 31.
An deter ignorantia involuntaria verum fidei etiam inter fideles: &
quando sufficienter proposita consentant infidelibus, ut non creden-
do minime pro ignorantiam excusetur? n. 32.
An possit dari ignorantia involuntaria circa præcepta juris nature: Et
quid spectandum sit ad eam ignorantiam distinguendam involun-
tam? n. 33.

Quædam ignorantia adhibenda sit, ut ignorantia, inadvertentia, seu
obli-
vio facti, inculpabilis consentant? n. 34.
Quas leges tenentur unusquisque scire? n. 35.
Quæsi diligentia adest scientiam adhibenda sit, ut incipit ignorantia
sit involuntaria? n. 36.
An excusetur ignorans, aut non advertens jejunia, aut festum in ea
hebdomada occurrentia, si parochus ea non inducat, & quid, si
Missæ solemnem non interfuerit, nec alio quocumque? n. 37.
An danti operam vel illicitè impetetur semper ad culpam effectus sub-
secutus, nec unquam ignorantia excusetur? n. 38.
An ad vincendam ignorantiam desideretur aliquando oratio, &
alia bona opera? n. 39.
Inadvertentia, & obli-
vio actualis frequentius absque culpa contingit,
quam ignorantia habitualis, n. 40.
An ignorantia, qua dum prodit in actum, vincit nequit, ac antea
vinci potuit, imputetur, & sic obnoxietur peccata non excusetur
à culpa? Referuntur sententia, n. 41.
Proposuit sententia Auditoris, n. 42.
Quid, si obli-
vio inveniatur ad hæc peccata perpetranda? n. 43.
Quæ dicitur, vel facta obnoxietur ex se iniqua, & prævia, eis culpa
non tribuantur? n. 44.
An hæc peccata sint in se peccata, an in sola causa nec novam
malitiam necessario satendam habeant, quando postea committuntur:
atque idem dicendum sit de omnibus peccatis, qua in sua
causa libera fuerunt, ac dum committuntur, non sunt libera?
num. 45. & 46.
An quando postea eveniunt, inducant excommunicationem, irregula-
ritatem, & restitutionem obligationem? n. 47.

PRæmittendum est ignorantiam à nescientia distingui, si-
cut cæcus, & non videns distinguatur. (Ut tradit
D. Thom. 1. 2. quæst. 76. artic. 2.) Quippe hæc puram negationem
importat, illa autem scientia, cui acquiescendè quis aptus est,
privationem. Multæ autem ignorantia divisiones traduntur

à Cardubus lib. 2. q. 1. Valent. 1. 2. disp. 2. q. 1. puncto 6. Vossy. disp.
117. c. 1. Azor. to. 1. lib. 1. in fine. moral. c. 12. q. 1. Sed
brevis aliquot subijciam divisiones, quæ ad rem moralem magis
conferunt.

1. Divisio est. Ignorantia quædam est prava dispo-
sitionis, quæ error appellatur. Cum scilicet, simul cum
ignorantia habet quis errorem contrarium. Ut si quis
contractum usurarium licitum esse putet. Alia est igno-
rancia, quæ scilicet non est cum errore aliquo positi-
vo, sed est sola privatio scientiæ, quam aliquis habere
debet.

2. II. Divisio est. Ignorantia alia est juris, alia facti. Juris
dicitur, quando lex, vel prohibitio ignoratur. Ut si quis
ignorat accedere ad non suam esse nefas. Facti autem, quan-
do non ipsum jus, sed factum ignoratur, ut si quis ignoret
fœminam, ad quam accedit, non esse suam.

3. III. Divisio est. Utraque ignorantia alia est involuntaria,
quæ & antecedens, & inculpabilis, probabilis, iusta, & in-
voluntaria solet appellari. Alia autem vincibilis, quæ & con-
sequens, culpabilis, improbabilis, iniusta, & voluntaria di-
citur. Alia est concomitans. Invincibilis, & antecedens
dicitur, quæ inculpabiliter privat cognitione, & scientia ma-
litiæ actus, qua cognita non fuerit. Ut si quis sagittam proli-
citer feram putat, quam tamen homo effret, qui si id nosset, nulla-
tenus posuisset. Dicitur autem antecedens, non respectu
eius, quod ex ignorantia tamquam ex causa fit. Sic enim omni-
nis ignorantia, quæ est causa actus, dicitur antecedens, cum
causa effectum antecedat: Sed antecedens dicitur respectu li-
beræ voluntatis, utpote, quæ nec directè, nec indirectè est
voluntaria, & ita omnem voluntatis actum antecedit. Dicitur
autem involuntaria, quia aut excludi nequit, aut non de-
bet. Dicitur autem probabilis, iusta, & inculpabilis. Quia
fieri culpa, & bona fide contracta est. Ignorantia vincibilis,
& consequens è contra dicitur, quia sequitur voluntatem,
utpote quæ verè voluit est, aut directè, ut cum est affecta-
ta; aut indirectè, quia potuit ignorans, & tenebatur illam
expellere. Quia ratione dicitur vincibilis, vinci enim potuit
culpabilis, iniusta, & improbabilis: eò quod culpabiliter
contracta sit. Ut si in eo faceret exemplo quis imprudenter
eam eiecisset, non premissa debita diligentia ad iudicandum,
an sit fera, vel homo. Convenit autem in hoc utraque hæc
ignorantia, quod utraque causa fit actus ignoranter geliti,
non potest, & quasi influens in effectum, sed removendo cog-
nitionem, quæ si adesset, actus non fieret. Cum enim igno-
rantia sit quædam privatio, hæc dumtaxat ratione, videlicet,
removendo immediens, seu prohibens, potest esse alienius
causa. (Ut testatur D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 1.) Differit autem,
quod consequens sit causa peccati formaliter, utpote,
quæ ab actus malitia non excusat. Antecedens autem si causa
peccati solùm materialiter, id est, actus, qui ex se peccatum
erat: at ratione illius ignorantie excusat à formali actus
malitia. Concomitans est, quæ simul efficitur actus, nec illius
est causa, nam esse non esset, adhuc actus fieret. Ut in dicto
proiectionis sagitte exemplo, quando positiens, potest esse volun-
tate, ut si nosset hominem esse, quem feram putavit, il-
lum similiter interemisset. Et sic intelligitur id Arist. 3. Ethic.
cap. 1. dicentis diversum esse, ex ignorantia, & ignoranter
agere. Ex ignorantia enim dicitur aliquid fieri, quando
ignorantia est causa actus. Ignoranter autem, quando igno-
rantia non est causa, sed actum concomitantem. Et hæc igno-
rantia concomitans est propriè non dicitur vincibilis, aut
involuntaria: (ut bene Vossyus 1. 2. quæst. 76. art. 1. disp. 117.
c. 1. in fine, & Azor. tom. 1. lib. 1. in fine. moral. c. 12. q. 2.) At potest
dici utroque modo (ut bene Suarez 5. 10. in 3. p. disp. 4. sect.
8. n. 6.) nam potest dici antecedens, & consequens, &
concomitans, diversis tamen respectibus. Antecedens enim
dicitur, quando fit inculpabilis respectu illius actionis
formaliter consideratæ, ut, nempè, hominis interfectio est:
eò quod debita sit apposita diligentia. Quia cum tunc ea
ignorantia non sit voluntaria, dicitur omnem voluntatis
actum antecedere. Dicitur etiam antecedens respectu talis
actionis, quia hic & nunc est causa illius, & causa ante-
cedit effectum. Quod autem eadem, vel similis alia futura
esset, etiam ignorantia non esset, nil obstat quominus hic
& nunc illa ignorantia sit illius actionis. Conditionalis enim
nil ponit in esse. Dicitur autem consequens, quando est
culpabilis, quia cum sit indirectè voluntaria, consequitur
voluntatis actum. Dicitur autem concomitans, quatenus vo-
luntatem eisdem damni inferendæ secula ea ignorantia com-
mittatur.

4. IV. Divisio est. Ignorantia vincibilis alia est, in qua est
negligentia gravis, & sufficiens ad mortale. Alia autem,
quando negligentia levis adest, nec ad mortale sufficiens, sed
ad solum veniale.

5. V. Divisio est. Ignorantia vincibilis alia est affectata,
alia non affectata. Affectata dicitur, cum quis data opera
ignorare vult, ne ab actu quem exequi optat, retrahatur.
Non affectata autem, quando quis non eligit ignorare, ac
culpabiliter ignorat. Quare affectata in ea distat ab igno-
rantia vincibili consequente, aut concomitante, quod sit directè
in se voluta, alia autem solum indirectè.

6. VI. Divisio est. Ignorantia vincibilis non affectata alia
solum mortaliter culpabilis, alia autem est crassa, vel supi-
na. Hanc divisionem negat Suarez 5. 10. in 3. p. disp. 10. num. 10.
dicens

1. Ignorantia, & nescientia qualiter distinguantur? num. 1.
Traduntur variæ divisiones ignorantia à num. 2. usque ad 7.

2. Ignorantia, & nescientia qualiter distinguantur? num. 1.
Traduntur variæ divisiones ignorantia à num. 2. usque ad 7.

3. Ignorantia, & nescientia qualiter distinguantur? num. 1.
Traduntur variæ divisiones ignorantia à num. 2. usque ad 7.

rali, & humano modo vinci nequeant. At cum quis tenebatur advertere, possunt humano, & morali modo vinci. Nam se ignorans tenebatur ex officio, vel ex suo statu scire, & advertere. Quippe præceptum, quo factum aliquod præcipitur, aut prohibetur, obligat ad advertendum, illudque sciendum. At si non possit scire, non tenetur utique. Nemo enim ad impossibile obligatur. Ergo talis ignorantia est indirecte voluntaria, & subinde culpabilis. Unde et si culpa, de injuriis, dicitur ignorantiam non excusare, quando quis debuit scire. Et inquit, de lege Aquilla, §. Prætoris, dicitur imperiam in re ad proprium officium pertinere non excusare. Quare jura clamant, paria esse scire, & debere scire, l. Quod te mihi, ff. de verborum.

21. At probabilis existimo ad ignorantiam, in advertentiam, seu oblivionem, five iuris, five facti tendenda invincibilis sufficere, ut nulla notitia, nec specialis, nec confusa, nec aliqua dubitanti ratio in quiverium, aut peculiariter occurrat. Quare nullum esse peccatum mortale in voluntatis consensu censedo, nisi cogitatio aliqua præcesserit, & consideratio expressa, quam actualem vocant malitiam moralem, vel periculum, vel saltem expressa aliqua dubitatio, vel scrupulus. Itaque ut quis peccet mortaliter, debet considerare, vel opus illud esse malum, vel ibi esse malitiam periculum, vel dubium, vel scrupulum saltem aliquem habere: quod si nihil horum præcesserit, ignorantia, inadvertentia, seu oblivio censetur omnino naturalis, & invincibilis: & sic juxta hanc sententiam, non satis est cognitio illa virtualis, seu interpretativa, quam sufficere dicebat sent. n. præced. relata. Hanc sententiam optime confirmat. At qui potissimum illi favent sunt D. Thom. de verborum, q. 15, art. 4, ad 10. Henric. quodlibet. 6. q. 32. Gouf. 2. p. in compend. theol. disp. 30. lit. D. Sylv. var. Dilectus, q. 1. dist. 4. Cord. in questionar. l. v. q. 3. dub. 10, ubi docent antiquam ratio delectionem, aut eius impedimentum perpendat, non posse esse interpretativam consensum, & asserit Valg. in disp. 107. c. 3. D. D. Complutenses initio de hac doctrina dubitasse, at re maturius perpensa illam potius docuisse, & eam potius debere clare sententiam. in verb. ipsius relati n. præced. Et ratio hujus sent. est, quia juxta D. Thom. 1. 2. q. 14. art. 6. consultatio intellectus in mediorem inquisitione non procedit in infinitum versus finem, nec versus principium. Quia aliquoquin nunquam inciperemus consultare, nec operari. Quare necesse est ad unam primam cognitionem naturalem pervenire, quæ non ex consultatione procedat, sed illius initium sit. Quam ideo Arist. 7. Ethic. fortuna tribuit, quasi absq; industria, & hominis sollicitudine naturaliter occurrat. Ut ergo quippiam circa operis bonitatem, aut malitiam consultare possit, opus est, ut occurrat primo aliqua cogitatio naturalis in nostra potestate non existens, quæ talis consultationis possit esse principium. Nec erit in nostra potestate primam hanc cogitationem excitare. At quandoquid non occurrat intellectus cogitatio aliqua circa obiecti malitiam, & circa illius periculum, aut dubitatio aliqua, aut scrupulus, quantumvis de illius commoditate consultet intellectus, non est principium sufficiens deliberandæ malitiam ipsa mortali. Ut probavi c. 1. n. 7. & 8. Ergo non potest esse culpa, quandoquid hæc cogitatio circa malitiam non se offert. Et confirm. quia superat humanam diligentiam expellere ignorantiam, vel inadvertentiam malitiam obiecti, cuius nulla proforsus incidit cogitatio. Quippe omnis libertatis nostræ usus circa aliquam rem, niteri tamquam ratione cognitione aliqua malitiam, vel bonitatis obiecti præcedit. Insuper confirm. quia factis confessariis muneri suo correspondet, si à penitentem fatente se per ignorantiam, aut oblivionem omnimode jejuniis vigiliæ, interrogat, an mentem illius subierit aliqua cogitatio, vel dubitatio de tali jejuniis: & si penitens non venisse in mentem respondeat, prudenter iudicat eum non peccasse, excusante hæc inadvertentia. Præterea, quia id divina legis suavitas persuadet, præsertim in peccatis mortalibus, quæ cum tanti momenti sint, non est credibile ea ab illo committi, qui nec de malitia dubium, aut scrupulum concepit, sed circa eam se habuit quasi naturaliter operant. Tandem, qui nullus culpe damnabit projectem lapidem per fenestram in plateam, in eam nullum conflum, si per oblivionem proforsus id fecerit. Cùm in nulla alia ratione excusetur, nisi quia actu non advertit ad periculum, nec de illo dubium aliquod, aut scrupulum concepit. Ergo advertentia actualis necessaria est, ut ignorantia censetur vincibilis, nec excuset. Quod si obijcias illam projectionem lapidis fuisse temerariam, dico id esse materialiter tantum, sicut heresis inadvertenter dicta est solum materialiter heresis. Rationi autem potissime contrarie sent. satisfiet n. 24.

22. Sicut autem contingit scientiam adesse, aut ignorantiam invincibilem circa factum, aut aliquam ejus circumstantiam, vincibilem tamen circa aliam: & tunc adus fola circumstantia invincibiliter ignorata excusatur. (Ut dixi n. 10.) Ita contingit sepe non advertere ad aliquam circumstantiam malitiam, concipiendo dubium, aut saltem scrupulum de illa, quamvis altera eisdem actus malitia advertatur. Et tunc erit inadvertentia inculpabilis prioris illius malitiae, atque ab illa excusabit. Ut exemplo quodam adhibito probavi lib. hoc, c. 1. n. 8. in fine.

23. Nec sufficit ad mortale quævis consideratio & deliberatio malitiae obiecti, sed debet esse plena. (Ut probavi

hoc 1. c. 1. n. 8.) ubi n. 10. explicui, quæ sit plena consideratio. Quod si obijcias considerantem malitiam non plena deliberatione, habere principium plenius considerandi: ac proinde culpe imputandum plenioris considerationis defectum, nec evadere mortale, si cum ea levi consideratione rem mortalem admittat. Respondet bene Valg. 1. 2. disp. 107. c. 4. in fine, negandum esse eam imperfectam considerationem esse sufficientem plenius considerandi principium. Quia plena consideratio libera ex plena etiam naturali consurgere debet. Vel saltem ait, illam plenius considerandi potentiam levi culpe tribui, propter leve plenius considerandi principium. At non exigitur advertere malitiam obiecti esse mort. Ut prob. n. c. 1. n. 9.

24. Ex his deducitur primo, esse sano modo intelligenda jura ac DD. dum æquiparant scire, & debere scire: passimque dicunt, esse indirecte voluntariam ignorantiam, & inadvertentiam, cum quis vel scivit, advertente aut debebat scire, & advertere. Hæc n. intelligenda sunt, quando adfuit aliqua actualis plena, & sufficientis ad mortale advertentia ad malitiam obiecti, ejusve periculum, vel dubium, aut scrupulus saltem, juxta dicta n. 21. & 23. Quia dum hæc actualis advertentia non adfuit, non est in nostra potestate proxima expellere eam ignorantiam, & inconsiderationem, aut non est plene ita ut ad mortale sufficiat. At ea advertentia existente tenetur, & poterat intellectus deliberare, & voluntas diligentiam adhibere ad sciendum, & provide, si non adhibeat, imputabitur culpe. Quod si infes: hic non advertens, aut ignorans præceptum jejuniis, & cui nulla dubitanti ratio circa id præceptum occurrit, tenebatur scire, & advertere. Ergo poterat, respondet bene Suarez 5. 10. in 3. p. disp. 4. sect. 8. n. 18. per se teneri hunc ad talem scientiam, ad quod satis est, ut sit per se loquendo in homine potestas sciendi: at per accidens, hic & nunc non teneri, sed suspensio illam obligationem, seu potestatem illa excusari propter impotentiam proximam, ac mortalem, quæ ex naturali, & necessaria ignorantia, aut inconsideratione est orta.

25. Deducitur 2. dum D. Thom. 1. 2. q. 20. art. 5. ad 2. ult. receptus, dicit eventum posse esse voluntarium in sua causa, cum non intelligi finela proforsus illius effectus cognitione expressa, aut contenta. Quia est impossibile abique ea aliquod esse voluntarium. Sic Valg. 1. 2. disp. 107. c. 3. n. 7.

26. Deducitur 3. intellectus ad regulam ignorantiam de reg. jur. in 6. ubi habetur, ignorantiam facti, non est excusare. Quippe intelligenda est quo ad fori externi præsumptionem, quod legum principis ignorantiam minime præsumit, ut pote quæ solemni ritu promulgari solent. At in foro conscientie utraque si est invincibilis, æque excusat, & neutra, si vincibilis sit. Sic tradunt Azor. 1. 1. inf. mor. l. 1. c. 13. q. 3. & c. 16. q. 1. Valg. 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 122. c. 2. n. 5. Zam. ea q. 76. ar. 3. immediatè ante 1. disp. Quod multis aliis alleg. diximus q. de matr. disp. 32. n. 10. in sol. ad 2. ubi & n. 4. & 5. rationem reddidimus, cur scientia juris præsumatur, & iustis admitti probatoribus ignorantia iuris, & quales. Et idem ibi Azor. 1. 1. inf. mor. 7. q. 4. bene ait, adeo rudes posse esse pastores, inter quos enutritos, ut invincibilis præcepti audiendi facti ignorantia laboret.

27. Deducitur 4. qualiter intelligendum sit quod tradunt DD. n. 20. allegati, nempe, ignorantiam legum ad statum, vel officium alicujus pertinentiam, esse vincibilem, nec excusare. Quippe si hæc regula esset ita in universum vera, nulla juris ignorantia posset esse invincibilis, nec excusaretur: contra dicta n. præced. Nam si jus illud ignoratum non est ex iis quæ minime obligant ignorantem, nil refert illius scientia, vel ignorantia ad excusandum peccatum. Debet ergo necessario dari ignorantia invincibilis juris, quod ex ignorantem obliget, aut nulla juris ignorantia erit invincibilis. Deinde, quia quicumque tenetur ea præcepta nosse, & quæ implere tenetur, five ea obligatio consurgat ex generali Christiani conditione, five ex speciali munere, ut confessoris iudicis. At omnes fatentur, priorem præceptorum posse dari ignorantiam invincibilem. Ergo & posteriorum dari poterit. Nil enim refert obligationem ex hoc an ex illo capite consurgere. Et ita Suarez 3. 10. in 3. p. disp. 4. sect. 8. n. 15. Valg. 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 123. c. 2. n. 6. dicunt, cum regulam non esse in universum veram. Unde five leges, pertinent ad peculiare officium, aut statum, five ad generalem Christiani hominis conditionem, ut eorum ignorantia sit vincibilis, nec à culpa excuset, oportet eum prius nosse esse aliquam legem circa dispositionem status sui, aut officii: quod si id non nosset, nec aliquod dubium, aut saltem scrupulum de hoc concepsisset, erit ignorantia invincibilis: juxta dicta n. 21. Quippe humanam diligentiam superat expellere ignorantiam illius rei, cuius nulla proforsus incidit cogitatio. Id tamen discernit est inter leges pertinet ad statum personæ peculiarem, seu officium, & inter generales. Quod de prioribus facti incidat ratio cogitandi, aut dubitandi, an sint aliquæ, & quales sint. At de posterioribus non ita facile dubitatio occurrit, etiam quando quis contra factum inire velit, aut operationem aggredi. Quia ex eo, quod læges esse in universum morit, non statim dubitat, an sint pro hoc peculiari opere. At hæc, & officium alicujus statim incitant ad ejus leges inquirendas. Si tamen contingat nec circa hæc, nec circa illas esse aliquam consuetam notitiam, vel dubitationem, sed aliquis operetur nil cogitans, ignorantia erit invincibilis. Quæ omnia optime docet Valg. 1. 2. q. 76. art. 2. n. 6.

28. Deducitur 5. quid sentiendum sit de doctrina Casii, qui 1. 2. q. 6. ar. 8. ad fin. & in sum. verb. Inconsideratè, vult, Adverte tamem quem ibi sequitur Azor. 1. 1. ubi ait in eadem contrarium, quem illarum esse novit, vel opus aliud prohibitum prohibitionis concilium facientem, at tunc non recollit actu, excusari à mortali, quando ita affectus erat, ut si recollisset, vitaret. Utopote qui firmum cavendi mortali propositum habet. Ubi id propositum exgere videtur, quo oblivio illa censetur invincibilis, & excuset. At jure optimo id propositum nil refert, ut ea oblivio censatur verè inculpabilis, docet bene Zam. 1. 2. q. 76. ar. 3. disp. 2. dicto 6. Quippe solum attendendum est, an aliqua cogitatio operanti in mentem venerit eo tempore, quo præceptum implere debeat: si enim ea non veniente in mentem, immemor juris, vel facti, præceptum transgrediar, est oblivio invincibilis, & excusat: juxta n. 21. Et tradit bene Azor. 1. 1. lib. 1. inf. mor. c. 16. q. 3. At in hoc sensu erit vera prædicta Casii doctrina, ut id propositum valde conferat ad ferendum iudicium in dubio de qualitate oblivionis, in eo enim dubio præsumitur invincibilis in viro timoræ conscientie: & habenti firmum cavendi mortali propositum. Quod non ita facile præsumitur debentem eo proposito. Et ita Casianum videtur expressè intelligere Valent. 1. 2. disp. 2. q. 1. punct. 6. col. assignat. vult, Porro ignorantia. Quare bene subdit ibi Valentia communiter censendum esse vitium sic timoratum excusari, & in eo inadvertentiam seu oblivionem esse inculpabilem.

29. Imò etiam si quis opus periculosum ex se aggrediar, ut ignorantia censatur vincibilis, est opus periculum advertere, ac diligentiam non adhibere ad illud cavendum. Si enim naturali quadam periculi oblivione non advertit, est inadvertentia inculpabilis. Ut bene tradit Navar. l. 2. de res. c. 1. dub. 6. in nova edit. n. 56. & constat ex dictis n. 21.

30. Nec admittenda est sententia Cordub. in question. lib. 2. q. 17. dub. 1. dicentis oblivionem reduci ad ignorantiam invincibilem, quando oblivio non contingit ex culpa: scilicet quando ex culpa. Hoc enim ita universaliter didum non est verum, sed quando quis initio causam oblivioni dedit, cum periculi advertentia, & enim periculum non advertit, oblivio est inculpabilis. Sic Valg. 1. 2. q. 74. ar. 7. disp. 107. c. 3. nu. 7. & constat ex dictis n. 21.

31. Quare stat, ut causa ignorantia fuerit aliquod peccatum, & tamen ipsa ignorantia sit invincibilis: quando nimirum non habet per se connexionem cum tali culpa, quæ ad obligationem sciendi, sed per accidens id contingit, id est, quando obligatio vitandæ illius culpe non procedit ex obligatione sciendi talis præcepti. Tunc quamvis causa culpabilis sit, ignorantia tamen erit inculpabilis. Ut in casu promulgatur lex aliqua in templo de festo, & quippiam culpabiliter factum omisit, cui si interesset, illam audire, ignorantia ejus legis in hoc erit inculpabilis: erit tamen illi dederit mortalis omnimodo facti. Quia obligatio facti audiendi, nec totaliter, nec partialiter nascitur ex obligatione hujus novæ legis sciendæ: & cum talis nil penitus de ea lege promulganda nosset, non potuit malitiam ad intentionem legis audiendæ templum adire. Sic Almain. tract. moral. c. 4. Cordub. in question. lib. 2. q. 1. in 4. divisione, vult, Invincibilis autem, Sayr. in clavi regia l. 2. c. 9. in n. 35. in fin. Azor. tom. 1. inf. mor. l. 1. c. 13. q. 2. ad fin. Valent. 1. 2. disp. 6. q. 6. punct. 1. corol. 2. Zamel. 1. 2. q. 76. ar. 2. disp. ult. in fine. Medina eo ar. 2. in fine. Imò, etsi obligatio vitandæ illius culpe esset ex obligatione sciendi præcepti, adhuc facti, ignorantia ex illa culpa procedens sit invincibilis: quando, scilicet, ea culpam admittens nullatenus ad sciendi præcepti obligationem advertit, nec dubitatio aliqua illius obligacionis occurrit, ut sic diligentiam adhiberet. Constat ex dictis nu. 21. & docet Valg. 1. 2. q. 76. ar. 2. disp. 120. c. 4. n. 12.

32. Deducitur, infideles qui nil de fide audierunt, posse mysteria fidei ad salutem necessariam invincibiliter ignorare. Atque ita si in infidelitate cum ea ignorantia decedant, non condemnabuntur ratione infidelitatis, ut pote, quæ culpa vacat, sed ratione aliorum mortalium. Ratio est, quia licet his essent cognitionem fidei à Deo accepti, si id facerent, quod naturali intellectus luce instrudi possunt moraliter præstare, ac proinde ignorantia illa propter culpam præcedentem maneat: ad minime potest culpa tribui, dum notitia aliqua obligationis sciendi mysteria fidei, aut dubitatio non occurrit. Deinde, quia nequeunt tales ex certa intentione abhibere id medium ad fidei cognitionem acquirendam; cum de illa nil penitus audierint. Ut autem per homines flet quomodo cognitionem aliquam adipiscantur, oportet ipsos ex certa intentione posse eam adipisci. Cum enim hominis sit ex certa sua intentione operari, id quod ex certa intentione non potest, humano, & morali modo nequit. Ita Valent. 1. 2. disp. 6. q. 6. punct. 1. cor. 3. Azor. eo lib. 1. inf. mor. c. 13. q. 2. & multos alios allegans Sayr. in clavi regia inconsideratè, l. 2. c. 9. n. 13. & 14. Atque latius minus Valg. 1. 2. q. 76. ar. 2. disp. 120. toto cap. 3. ubi multos refert, & latius probat contra alios, quos ibi c. 1. & 2. refert, & eorum argumentis satisfact. c. 4. Ex quo infideles non peccare peccato infidelitatis, statim atque illis mysteria nostræ fidei proponuntur. Quia non cuicumque proponenti fidem habere tenentur. Sed solum id peccatum admittunt, cum ea sufficienter propofita non credunt. Quod contingit quando confirmatur consultatione suorum errorum, vitæ infidelitate, & bonis rationibus, quæ ipsis sufficientes esse debent

ad credendum. Quod optime allegatus Casius, 2. 2. q. 1. ar. 4. & Vitor. relati. de punit. c. 2. & 3. & 4. docet Valg. d. disp. 120. c. 5. in init. Ut latius dicemus lib. seq. c. 1. ubi de hac re est disputandum. Vtrum autem inter fideles possit esse aliqua ignorantia invincibilis aliquorum fidei mysteriorum, dicam lib. seq. c. 3. ubi de hac re est tractandum.

33. Tandem deducitur, non posse dari ignorantiam invincibilem circa prima juris naturæ principia per se nota quæ sunt, bonum esse faciendum, malum vitandum: quod tibi non vis, alteri ne feceris, Quia cum adeo sint perspicua, & veluti naturæ, ac luminis rationis claritatis insita, nemo est ratione utens, qui vel ipsa qua utitur, nequeat ad ipsa cognoscenda moveri. Sic Cordub. in q. l. 2. q. 4. Valent. 1. 2. disp. 6. q. 6. punct. 1. corol. 7. Azor. eo lib. 1. inf. mor. c. 13. q. 1. Valg. 1. 2. q. 76. ar. 2. disp. 122. toto c. 2. Sayr. in clavi regia, lib. 2. c. 9. n. 17. Inter hæc etiam merito numerat Valent. illa Decalogi præcepta, quæ ex hujusmodi principii nulli negotio à quovis homine deduci possunt. Vt esse Deum colendum, honorandos parentes. De reliquis autem Decalogi præceptis, ait Azor, & Sayr. n. 18. ad brevissimum solum tempus posse ignorantiam invincibilem accedere. At Valent. ait posse ad longum tempus. Sed placet, quod docent Cordub. & Valg. proximè allegati nimirum, quando nulla circumstantia vestitur, quæ a culpa excusare videatur, possunt dum ignorari, non tamen toto vitæ curriculo. Quippe sunt ita naturæ consentanea, ut non possit non semel, vel iterum animum pulsare sceleris, & turpitudinis peccati. At aliqua circumstantia apparenter excusant veluti possunt toto vitæ curriculo invincibiliter ignorari. Ut furtum licere ad erogandam elemosynam, vel perjurium ad proprium, vel alienam vitam tuendam. Quod latius probat Valg. toto eo c. 2. & refert c. 1. contrarium sententias: eorumque rationibus c. 3. satisfact: & ita concludit eo c. 2. in fine, se vidisse rusticum exillimantem pius esse morti proximum in alteram partem versare, ut citius moreretur, ne diu pateretur: ac se iudicasse eum laborare ignorantia invincibilis. Et similiter ait Azor, proximè allegatus, hodie multos rusticos invincibiliter ignorare peccatum esse mentiri propter aliquod maximum bonum. Cui ergo adeo reperiri multos invincibiliter ignorantes esse peccatum perjurium ob vitam aut honorem propria: vel aliena tuenda: & similiter pollutionem esse peccatum. Quod maxime in pueris contingit. Quod autem confessor iudicat, an hæc ignorantia sit invincibilis, & a culpa excusans, juvari debet regula n. 21. tradita: nimirum, ut discutat, in an illorum mentem dubium aliquod, aut saltem scrupulus de harum rerum malitia venerit. Si enim nil horum venerit, reputabitur ignorantia invincibilis.

34. Posterius autem tractandum est circa hanc ignorantiam invincibilem, quando adfuit aliqua notitia, vel dubium, vel scrupulus circa malitiam obiecti ignoratam, aut non consideratam, & sic ignorantia illa, aut inadvertentia potuerit habere diligentiam vinci, qualis diligentia ad ea vincenda adhiberi debeat, ut deinceps ignorantia illa, aut inadvertentia, five iuris, five facti, manentia censatur invincibilis. Et quidem ignorantia facti quando cogitatur invincibilis, nulla alia certa regula defini valeat, nisi dicendo id prudentis arbitrio relinquentem ad iuncta negotii qualitate, & occurrentes circumstantias iudicet, quæ sit sufficiens diligentia, seu prudens operandi modus: ita ut hæc sufficiens diligentia sit proportionata negotio, major, vel minor, juxta ipsius qualitatem. Quod si hæc adhibita quod postea præter intentionem accidat, censetur invincibiliter ignoratum. Nec enim summa, & exacta diligentia, quæ adhiberi poterat necessaria est, sed quæ in similibus negotiis, & circumstantiis communiter a prudentibus adhiberi solet. Et ratio est, quia moraliter id studium tantum, quod sufficiens & necessarium prudenter iudicatur ad cognitionem acquirendam, potest ab homine adhiberi. Quod autem summum est, & majus dicto, non videtur ita proximum, & moraliter possibile. Quod docent Casius, 2. 2. q. 64. ar. 8. Valent. 1. 2. disp. 6. q. 6. punct. 1. corol. 1. Sayr. 1. 2. in 3. p. disp. ad sect. 8. n. 12. 17. & 18. documento 2. disp. 45. sect. 5. nu. 7. Azor. 1. 1. lib. 1. inf. mor. c. 16. q. 6. Zamel. 1. 2. q. 76. ar. 2. disp. 6. corol. 3. Sayr. in clavi regia, lib. 2. c. 9. nu. 22. & nu. 6. Medina eo ar. 2. in fine. Quod breviter docuit Valg. eo ar. 2. disp. 124. c. 2. n. 5. dicens prudentis arbitrio hoc relinquat.

35. Ut autem sciatur, quæ sit ignorantia invincibilis juris, supponendum est cum D. Tho. 1. 2. q. 76. ar. 2. quem omnes sequuntur, teneri quemlibet scire ad suum statum, & officium pertinentiam, id est, (ut optime ajunt Valg. ibi, disp. 123. c. 2. n. 5. & ibi Zamel. disp. 1. conclus. 1.) leges universales, quæ aut contractibus, aut aliis operationibus humanis deseruiant, aut proprio officio, tenetur quilibet scire, quoties officium assumit, aut contrahere vult, aut aliud opus efficit. Quod si ignoret, debet vitium docum confutere, & quo instruat.

36. Qualis vero diligentia adhibenda sit ab eo, qui sufficiens lupus scientiæ indagandæ principium habuit, coarctat ad eam saltem consule advertit, aut dubitando, aut scrupulum concipiendo, ut deinceps ignorantia, & inadvertentia juris manentia censatur invincibilis, non potest certa regula præscribi: sed sicut diximus nu. 34. loquentes de facti ignorantia, id prudentis arbitrio remittendum est, qui eam esse sufficientem censent, qui communiter prudentes adhibent proportionatam juxta præcepti, officii, & personæ qua-

qualitatem. Hac enim adhibita erit ignorantia invincibilis, secus si non sit sufficiens: sive obligatio nascatur ex officio, sive aliunde, dummodo negligentia proportionata sit. Probatur eadem ratione, quidem n. 34. probavimus de ignorantia facti. Et ita docet *Suar. 10. s. in 3. p. disp. 4. sect. 8. n. 16, 17. & 18. documento 2.* Atque ita quoque prudentis arbitrio relinquitur docuit *Vasq. 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 123. c. 2. n. 7.* Unde si vir indoctus sit, viros doctos, & carentes morali suspitione male consulendi ex militia, aut ex negligentia, consulere debet. Si autem vir doctus sit, debet studium sufficienter adhibere, ut vel sic ignorantiam culpabiliter evadat. Ut bene docet *Vasq. 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 4. col. parvuli, vobis sentia (scilicet) aliquid excusabantur consulendo aliquem, alii tamen illum consulendo non excusantur.* Ut ventalia, vel rusticis consilientibus parochum excusantur, & tamen sepe viri urbanos non excusantur.

37 Ex his primis deducitur, excusari ignorantem jejania, vel fella, que in ea hebdomada occurrunt, & ob id ea non servantur, si die Dominica Missae intermissi fuerint, in qua parochus indicare ea consuevit, nec tamen indicit. Quia moralem diligentiam communiter adhiberi solitam, in eam rem sciendam consultit. Sic *Cordaba in questionibus, lib. 2. q. 23. in fine. Azor. 1. 1. lib. 1. inf. mor. c. 12. q. 1. divisione 3. Manual. 1. 10. Sum. 2. edit. c. 23. concl. 7. n. 9. in fine.* Idem dicendum est, si non interfuit, at rogavit eos qui interfuerunt, qui testantur parochum nulla indixisse. Quod si nec interfuerit nec alios interrogavit, nec per se nota, censetur ignorantia culpabilis, nec ab eorum preceptorum transgressione excusans. Ut bene docet *Cord. & Manjuel lib. Navar. summa Hispana c. 21. n. 7. Part. 1. Missas, n. 190. de confat. d. 1.* Quod tamen intelligendum censetur, quando ille aliquo principio saltem dubitandi habuit, an aliqua fella, aut jejania in illa hebdomada occurrant: si eadem ad id non advertit, erit ignorantia invincibilis iuxta dicta n. 32.

38 Deducitur, non admittendam esse eam regulam, quam nonnulli tradunt, nimirum, ut quoties quis rei illicite operam dat, effectus subsecutus culpa imputetur, nec censetur ignorantia culpabilis facti, quantacumque diligentia adhibita fuerit. Hanc regulam videtur tradere. *D. Tho. 2. 2. q. 64. art. 8. & expressè eam tradunt Gabriel, d. 15. q. 14. art. 3. d. 1. 2. ad hunc finem casu occidentem præmissa omni diligentia teneri recitantes: & communitè Doctores juris Pontificii, e. *Continebatur, de homicid.* (Ut testatur Covar. stat. in allegandis.) Sed hæc regula non est admittenda. Quia ea rei illicita potest in ratione causæ esse omnino ignorata, ita ut nulla circa effectum occurrat cogitatio, aut dubitandi ratio: aut si occurrat, potest moralis diligentia ad eum vitandum adhiberi. Ergo in his eventibus ignorantia erit invincibilis, & nil referet, si vice ignorantia operam rei licitæ, sive illicitæ debeat, cum respectu effectus sic ignorati, in utroque casu sit aquè invitus. Et ita docet *Sylv. verb. ignorantia, q. 6. Cajet. 2. 2. q. 64. art. 8. & 1. 2. q. 76. art. 3. disp. 3. in fine. Vasq. 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 124. c. 2. n. 3. Covar. c. Alma mater, 1. 1. p. 8. n. 6. Suarez, 2. 2. in 3. p. disp. 45. sect. 6. n. 1. & alii, quos ibi referunt.* Quæ sententia est apertè *D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 3. ubi a patre dicitur* occidit patrem exigentem esse quemdam hominem communem. Concedit ergo ignorantiam invincibilem aliquis circumstantiæ, dando operam rei illicitæ.*

39 3. Deducitur, interdum aliquid majus studium quam humanum desiderari, ut ignorantia sit invincibilis, nimirum orationes, & penitentias, ac peccatorum expiationem, petendo à Deo illustrationem. Quod maxime in fidei materia contingit. Ut si quis in fidei materia hesitans non habet catholicorum Doctorum copiam, sed tantum hereticorum, quos consulere, nec per se possit ea se dubitatione liberare. Et ratio est, quoniam ea est negotii hujusmodi natura, ut studium humanum non reputetur sufficiens moraliter ad cognitionem necessariam obtinendam. At quicumque tenetur querere finem, tenetur etiam ad id necessaria querere, & impedita auferre. Et ita docet *Valen. 1. 2. q. 6. q. 6. in fine. 1. cor. 2. & quælibet alii.* Quæ in re non amplius inhorror: quia rarissimum est casus, eo quod ea media solum sunt necessaria, quando humanis diligentis ea cognitio necessaria comparari nequit. Quia varietatem opinionum circa hoc, & utriusque fundamenta videri voluerit, consultat *Cordaba in questionibus, lib. 2. q. 2. Zuzmel. 1. 2. q. 76. art. 2. disp. 3.*

40 Tandem monerunt inadvertentiam, seu oblivionem actuum frequentiam absque culpa contingere, quam ignorantiam habitalem. Quod illam prevenire non tam facile in nostra peccata sit, nec teneamur semper extraordinaria remedia adhibere ad illam prevencendam. Hanc autem semel ad discendum postquam pro omnibus actionibus toto vitæ decursu occurrentibus expellere.

41 Ultima difficultas est. An ignorantia, que vincit nequit, dum in actum prodit, ac poeit antea vincit, excuset à culpa. X. gr. quis sua negligentia mortali non didicit, quod ratione officii, vel communi Christianorum lege dicere tenebatur, deinde quando non est, a quo instrui possit, pecc ignorantiam transgreditur preceptum edens carnes, aut non jejunas, aut omittens sacrum. Et similiter quando quis culpa sua mortali inebriatur, & ebrius factus committit peccata, que detectu ulius rationis non est in sua potestate vitare: difficultas est, an hæc peccata ratione impotentis, aut ignorantie excusentur? Quæstio hæc non solet ita generaliter disputari, sed in casu

ebrietatis à plerisque disputatur: sed eadem est profusus ratio, & idem in utroque evenit dicendum. Cum in neutro evento aliam libertatem ea facta habeant, quam in sua causa. Multi ergo agentes de ebrietate mortali, censent peccata in ebrietate commissa culpe imputari: utpote quæ libera in sua causa fuerunt. Hi sunt *D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 4. ad 4. & 2. 2. q. 150. art. 4. corp. & ad 1. Cajet. Sum. verb. Ebrietas, ubi Syl. q. 4.* Alii autem moderatius loquuntur, dicentes non omnia, sed sola prævia, vel que prævideri debebant, culpe imputari. Dicunt autem *Cordaba, & Cajet. prævia censeri, quando quis extrationem, ebrietatis tempore, vel illa peccata in specie, ut detractionem, vel in genere, ut peccata lingue se perpetraret, vel novit in communi se aliqua peccata committere.* Ea vero dicunt debere prævideri, quando ebrius expertus est suas inclinationes eo plus ad peccatum pronus esse, quod magis inebriatur. Quod si nunquam id expertus sit, utpote qui tunc primo inebriatur, dicunt eum debuisse prævidere peccata communiter ab ebriis perpetrari solita, et non omnes ea committat. Sic *Cajet. 2. 2. q. 150. art. 4. d. 2. vobis. Ad horum evidentiam, & vobis, seg. Sayr. clar. regia 1. 2. c. 9. num. 42. Cordaba in suo questionibus, lib. 2. q. 23. col. 2. vobis. Nota ad declarandum.* Et eadem diffinitio videtur *Leonard. 1. 4. de just. c. 3. d. 3. n. 275.* non tamen ita latè explicat, quando prævideri poterant, sed dicit tunc esse, quando ea expertus est, aut dubitavit loquenda.

42 At quæstionem hanc optime notat *Vasquez 1. 2. q. 76. art. 3. disp. 127. c. 3. ubi c. 4. diluit rationes contrarias.* Dicendum ergo est, etiam si ebrius solent esse frequentes ei qui inebriatur, si tamen tempore, quo inebriari voluit, non habuit prolixam dubitationem, aut cogitationem de illis, nec in specie, nec in genere, minime imputari culpam. Quia procedunt ex quadam inadvertentia naturali, ac proinde nec in se, nec in sua causa liberi sunt. Quare cum *D. Thom. 1. 2. q. 20. art. 5.* ait eventus non prævidios frequentes tamen eventus imputari: id asserit, eo quod circa illos ferè semper solent alius periculi cogitatio, in universoni occurrere, etiam in singulari non occurrat. Quod si neutro modo occurrat, non imputantur culpa. Quod si cum inebriari vult, advertat peccata, & pericula inde consequentia, tunc imputatur culpa, si non adhibet prudentem, & curam diligentem, ne aliquid illorum eveniat: ea autem adhibita etiam postea eveniant, minime imputantur. Nec similiter imputantur quando juxta temporis, & loci circumstantias nullum apparet periculum, & adeo nulla diligentia in id cavendum colata est. Sic *Vasquez, eod. c. 3. n. 8. 9. & 10.* Quando ebrietas est solam venialis, mala que in ea prævideri potuerunt, erunt venialia. Quia cum in sola causa sint voluntaria, nequeunt majorem culpam habere, quam causam. Et quoniam ebrietas sit mortalis, negligentia vitandi fuit levis, erunt venialia. Ut bene utramque docet *Leonard. lib. 4. de just. c. 3. n. 26. 27. & 28.*

43 Duo tamen observanda sunt. Prims est, ebrius communiter non peccat eo, que alias peccata essent, nisi ab aliis irritatis, & ita communiter esse à culpa, nec teneri ebrius ea præcavere. Quod irritatum culpæ id potius tribuendum sit, ac respectu ebriorum casu accidit. Sic *Vasquez, eod. c. 3. n. 10.* Hoc tamen ego limitarem, nisi eo loco se inebriaret, ut si prævidenter fore, ut ab aliis irritaretur, & sic fore periculum ea peccata perpetrandi. Tunc enim exitimo teneri eos ea pericula præcavere, & alias eis culpe imputari. Quia si ea damna voluntaria in se estent, quamvis adesse culpabilis aliorum irritatio, culpe tribuerentur. Ergo idem dicendum est, quando in causa culpabilis prævitatur. Quare respectu ebri non casu ea damna accidant. Cum enim irritationem tutam prævidere, & se culpabiliter irritabilem effecerit, atque irritandum expulerit, voluit proculdubio subinde quiddam cum ebrietate, & irritatione moraliter connexum est, & preterea scandalum generalis peccatum occidit prebendo adstantibus proximam irritandi ad ea peccata occasionem.

44 Posterius est. Prims ebriorum dicta, vel facta ex se iniqua non reputari culpabilia, etiam prævidentur. Quia vel nullum damnium inferunt, atque in ebrietate commissa desunturant prolixis ratione malitie, quam habent in mente sana facta. Ut verba, vel facta contumeliosa. Quippe tempore ebrietatis talia in communi hominum estimatione non reputantur contumeliosa, sed tamquam facie admittuntur, atque ita ipsimet adversus quos dicuntur, vel sunt, tantum abest, ut loco contumelie ea accipiant, ad iramque excitentur, ut potius obediuntur, & rideant. Vel quia pollutant scienter heri, ut imputentur. Ut sunt blasphemias, infidelitas, perjuria. Quæ vero damnium proximo inferunt, imputantur si prævidentur. Quia non minus lædunt in ebrietate, quam sane mentis tempore commissa. Sic cum *Manjor Vasquez, eod. c. 3. n. 11. & Sayr, eod. num. 42.* Sed quamvis hoc mihi placeat quo ad contumelias erga hominem, ac displicet de blasphemis, perjuriis, & infidelitate. Quia licet ea peccata in se non sint voluntaria, nec scienter fiunt, at in causa sunt prævia, & libera: nec Deus ea acceptat, ut lætias. Quare non video cur non culpe imputentur. Insuper quia perjurium inadvertenter dictum est mortale, quando in causa prævitatum est, nimirum in prava jurandi inadvertenter consuetudine, nulloque in eam auferendum remedia appolito. Ut dicemus in tractatu de juramento. Ergo sufficit libertas in causa, ut hæc peccata imputentur. Et ita imputari blasphemias ajunt *Cajet. 2. 2. q. 150. art. 4. d. 2. vobis. Ad horum evidentiam, Toledo in sum.*

sum, post 7. l. vobis, de 7. peccatis mortalibus, c. 61. num. 5. Insuper ad idem lib. Vasquez, peccata carnis, ut fornicationem, & pollutionem prævia imputari ebriis: secus autem si in somno eveniant. Quod non fonsus sit causa naturalis, ebrietas autem præter naturam, mirum non est, si aliqua in somno eveniant culpa non tribuantur, quæ utique in ebrietate forentur. At damnium proximo esse utraque causa pullulant: aut cavendum, ne culpe imputetur, non approbo. Quia est in proculdam, & ita omnino cavenda est, sicut de peccatis in damnium tertii fatetur ibi Vasquez. Similiter in quantum aut ebrius imputari pollutionem prævia, nisi illam cavere curet: sic distinguendum censo. Aut enim pollutio ex nimio illo potu vini, absque alia ebrii irritatione confurgit, & tunc non credo, illam cavendam fore mortali. Quia (ut dixi lib. 9. de matrim. disp. 45. num. 17.) pollutio prævia in causa, nec intenta, quæ ex sola gula mortali provenit, non est mortalis. Si autem procedat ex eo quod ebrius tactibus, aut aliis rebus inhonestis se ad pollutionem provocet, tunc bene ait Vasquez eam ab ebriis cavendam esse, ne ad culpam mortalem imputetur illi.

45 Sed dubitabis, an hæc peccata ex ignorantia initio culpabilis consequentia, facta tamen tempore, quo ex vincit nequit, & similiter aut ebrietatem prævia, quæ ebrii dicuntur imputari, afficiantur aliqua nova malitia præter malitiam suæ causæ? Et fatendum est ea non addere novum malitiam gradum supra malitiam adus voluntatis, in quo directè vel indirectè volita sunt. Quod fatetur *D. Tho. 4. disp. 17. q. 2. art. 2. questionibus. a. ad 2. Suarez 10. 2. de religione, l. 3. de juram. cap. 7. n. 7. Et Vasq. 1. 2. q. 71. art. 5. disp. 94. c. 3. num. 9. & q. 76. art. 3. disp. 127. dicens esse hoc abique controversia. Et ratio est, quia peccatum in tantum est malum, in quantum voluntarium. Cum ergo secuto opere non ageatur prior voluntas, nec prior malitia augebitur. At fatendum est, peccatum illud præcedens negligentie cavendi futuri periculi prævia, eo esse gravius, quod plura peccata futura in eo prævia sunt. Quippe omnia illa tenebatur hic vitare.*

46 Difficultas autem eo pertinet, an ea peccata sint dicenda in se peccata, an solum in sua causa? Quodam censent si voluntas illa, qua directè, vel indirectè volita sunt, non interruptur per penitentiam, antequam deveniant in factum, in quo cavere non possunt, censeri peccata, non in se proprie loquendo, sed in sua causa. Si autem sit per penitentiam interrupta, nullo modo esse peccata. Sic aliqui, quos refert, & sequitur *Azor. 10. 1. lib. 1. institutio moralium, cap. 14. quæst. 3.* Alii exillam in priori causa, nempe, quando voluntas per penitentiam non est interrupta, esse peccata in se, sed non distincta malitia à malitia suæ causæ, sed dici peccata denominatione, & imputabilitate extrinseca, quam contrahunt ex præterita negligentia voluntaria: aut in posteriori, nimirum, quando voluntas per penitentiam interrupta est, non esse peccata: at esse fatenda. Hanc partem, alios referens, secutus sum *libro deo de matrimonio, dispensatione 45. num. 28. & triplici sega.* Aliis vero placet ea non esse peccata etiam denominatione extrinseca, derivata malitia in ipsa ex voluntate præcedenti, sed esse solum quoddam peccati præcedentis effectum, sed esse peccata, quia illa ex se peccata, & quæcumque alia opera que sunt, quando iam non manent in operantis potestate, non informant malitia aliqua morali, ut idem peccatum cum priori voluntate consistant. Sicut autem exterior quædam sub voluntatis potestate perseverat, constituit idem peccatum in genere moris cum voluntate præcedenti. Quare dicunt esse solum præcedentis voluntatis effectus, sicut quando quis enecat hominem, mors, non est peccatum, sed peccati effectus: & hoc quamvis voluntas mala prior non sit per penitentiam interrupta. Ducuntur, quia tamdiu actus externus est capax malitie moralis existentis in interiori mala voluntate, quamdiu liber est. At actus in somnis, & ebrietate contingens, & quando vitari jam nequeunt, liberi non sunt. Ergo malitie moralis sunt incapaces. Sic alius citatis tenet *Vasquez 1. 2. q. 71. art. 5. disp. 64. toto c. 2. & 3. Azor. 10. 1. instit. moral. l. 1. c. 7. q. 1. Unde refert Vasquez, num. 16. non esse necessarium exprimere in confessione hoc peccatum mox in somno, vel ebrietate, vel quando vitari nequeunt, non apponendo diligentiam ad ea præcavenda, cum prævia fuerint. Secus autem, quando opus externum est in peccatum: quia liberè semper manet in nostra potestate. Tunc enim non fat est actus voluntatis internum fati. Et idem docet *Suarez, eod. lib. 3. c. 8. num. 5.* loquens de perjuriis inadvertenter dictis, volitis in sola causa, nempe, in jurandi consuetudine. Et fatem quando voluntas illa mala est per penitentiam interrupta, dicit *Azor. in quæst. num. satis dubium esse, afferere esse fatendum eventum mox præteritum voluntatem contingentem.* Omnes has tres sententias censo esse satis probabiles, & tunc amplèdè posse.*

47 Id tamen in omni sententia fatendum est, illa peccata ante ebrietatem, vel somnum, aut quando vitari poterant, prævia inducere irregularitatem, excommunicationem, ac restituendi obligationem, perinde, ac si in vigilia liberè commissent. Et hoc est verum, quamvis voluntas illa prior sit per penitentiam interrupta, nec iam adus vitari possit.

Quia ad hæc incurrendis factis est liberam illis causam dedisse, ac effectum esse subsecutum. Quod in omni sententia esse dicendum bene ait *Vasquez, in disp. 94. cap. 4. in fine, & Azor. eo c. 7. q. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.* Credo tamen hoc debere in peccatis solius oris: si enim excommunicatio esset lata in perjurium, non credo claudi volitum in sola causa, nempe, uli jurandi inadvertenter. Ut bene ait *Suarez, eod. f. 8. num. 6.* ubi etiam bene addit, non claudi ejusmodi perjurium in perjurii reservatione, sed quod in se est volitum.

CAPUT XVII.

Qualiter ignorantia, oblivio, vel inadvertentia, quando vincibilia sunt, excusent à præcepti transgressione, illiusve culpam minuant?

SUMMARIUM.

Hæc quando vincibilia sunt, non excusant à culpa, n. 1. Quid, si sit ignorantia vincibilis concomitans? n. 2. Ignorantia vincibilis etiam crassa, dummodo sit consequens, & non affectata, minuit culpam? n. 3. Quid, si sit affectata? Referuntur sententia, n. 4. Proponitur sententia Auctoris, n. 5. Quid, si sit ignorantia vincibilis concomitans? n. 6. An ignorantia vincibilis sit per se peccatum speciale? Referuntur duplex sententia, n. 7. Et sententia Auctoris, n. 8. An tamdiu homo peccet, quamdiu ignorat, vel quando hoc peccatum committit? n. 9. & 10. An sit speciale peccatum declaratur, n. 11. An non curans scire præceptum tenetur hoc fati, etsi id non transgrediat? n. 12. An ignorantia, & negligentia sciendi sint dicenda peccata? n. 13. An peccata ex ignorantia culpabilis commissa sint ejusdem generis moralis cum peccatis scienter commissis? Referuntur varia sententia, n. 14. Proponitur sententia Auctoris, n. 15. Ad quam speciem peccati pertinet, quando quis suum munus ignorat, & pericula ex ea ignorantia consequentia? n. 16. Ignorantia quælibet culpabilis efficit, ut quodcumque opus malum cum eo effectum, sit tantum veniale, n. 17. An aliquando ignorantia moraliter culpabilis excuset à mortali transgressione præceptorum? Referuntur duplex sententia, n. 18. & 19. Explicatur sententia Auctoris, n. 20. Qualiter transgressores præcepta humana bona intentione putant esse causam sufficientem, cum non sit, excusentur à mortali? n. 21. An sit necessario explicandum in confessione, an peccatum scienter, an potius ignoranter commissum sit? Referuntur quædam opinio, n. 22. Explicatur sententia Auct. & quando ignorantia est affectata, n. 23.

I Prims conclusio sit. Ignorantia, inadvertentia, & oblivio quando vincibilia sunt, non excusant actum à culpa. Hanc fatuit *D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 3. ab omnibus receptus.* Imò esse aliquam ignorantiam non profusam culpa excusantem, sed illam minuentem, est de fide. Ut *num. 3.* dicemus. Ratio est, quia quod ignorantia vincibilis latet, est voluntarium, etsi indirectè. Cum enim ipsa ignorantia sit culpabilis, & voluntaria, quidquid ex ipsa sequitur est voluntarium.

2 Et hæc quidem conclusio non tantum est vera de ignorantia vincibili consequente, sed etiam de concomitanti. Quod omnes fatentur. Quia (ut dixi c. præced. n. 4. in fine) hæc ignorantia est tunc voluntaria, & proinde dicitur etiam consequens, quatenus actum voluntatis sublequatur, & ideo illiusque ratio nam præcedit, tradita.

3 II. Conclusio. Ignorantia vincibilis minuit culpam, reddens eam levioram, quam si scienter admiffa esset. Conclusio est *D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 4. ab omnibus recepti.* Imò esse aliquam ignorantiam minuentem culpam est de fide. Ut constat ex c. 15. Num. Exco. 21. Joan. 19. Act. 3. 1. ad Timoth. 1. Luca 12. Et ratio est, quia minuit rationem voluntarii. At peccatum eatenus est peccatum, quatenus est voluntarium. Et hæc conclusio ab omnibus admittitur de ignorantia etiam crassa, imò non sit affectata.

4 De affectata autem *Valen. 1. 2. disp. 6. p. 103.* dicit hæc augere peccatum quo ad speciem positivam, quam habet peccatum ex objecto, eo quod ex vehementi affectu in ipsum vult voluntas ignorantiam: at minuere, quo ad alteram speciem, quam peccatum sortitur ex defectu, & privatione rectitudinis debite, in quo essentialet eius malitia consistit. Quod hic defectus minus voluntarius sit, dum audi ignorantur. At *Azor. 10. 1. lib. 1. inf. moral. c. 14. q. 1.* ait quædam ex parte minuere, nempe, quia minus voluntarium est, quod tali ignorantia efficitur, utpote quod non est directè, & in se voluntarium, sed indirectè, & in sua causa.

5 III. Tamen conclusio sit. Si ignorantia affectata sit ad liberius, & absque conscientia remorsu peccandi finem, non minuit, sed auget peccatum: & ita gravius est, quam scienter commissum. At si sit ob alios bonos fines, minuit culpam. Ut si quis affectet ignorare jejuniis dies, ut ejus culpa levior sit, nec ita præcedat.